



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Distinctio Sexta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

ra eius: his quidem secundum patientiam boni operis,
gloriam et honorem et incorruptibilem querentibus,
vitam eternam. Et rursus: Gloria et honor et pax
omni operanti bonum. Et rursus: Non enim audi-
tores legis iusti sunt a deo, sed factores iustifi-
cabuntur. Ideo monet Moyses populum fidelem
dicens: Audi Israhel, ceremonias atque iudicia que
ego loquor in auribus vestris hodie, discite ea, et ope-
complete, Deute. 5. cap. Et I. Johen. 5. dicit: Si-
lioli mei, non diligamus verbo nec lingua, sed ope-
rare et veritate. Item ibidem: Qui facit iustitiam, iustus
est. Et talis meretur vita eternam, iuxta illud Pro-
verbior. Io. Opus iusti ad vitam s. eternam. Quia
tales placent deo, Actuum. Io. Qui timet deum,
et operatur iustitiam, acceptus est illi. Ideo debet
illis secundum eorum opera beatitudinem, iuxta illud
Apoca. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur.
modo iam dicit spiritus, ut requiescant a labori-
bus suis, opera enim illorum sequuntur illos.

Distinctio Sexta.

Sicut autem fideles qui secundum fidem bona ope-
rantur ex charitate, ita sunt qui fidem habent, et tan-
tem male agunt. Unde Joh. 8. dicit Iudeis dominus:
Si filii Abrahe estis, opera Abrahe facite. Nunc
autem queritis me interficere, hominem qui veri-
tatem vobis locutus sum, quem audiri a deo, hoc
Abraham non fecit. Et post pauca: Vos ex patre
diabolo estis, et desideria patris vestri vultis face-
re. Et Apostolus ad Gal. 5. narrat opera carnis,
que sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxu-
ria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitie, contentio-
nes, emulationes, ire, rixe, dissensiones, secte, ins-
vidie, homicidia, ebrietates, comedimenti. Et sub-
sequitur: Et his similia, que predico vobis, sicut per
dixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non con-
sequuntur. Ex multis hec pauca sufficient, quibus
ostenditur, quod fideles (si male egerint) peribunt, nec
fides saluabit eos, etiam si tanta fuerit, ut per eas

miracula fecerint. De quibus loquitur dñs Matthei. 7. Non omnis qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, non in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo demonia eiecerimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebo: illis, quia nunquam noui vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. De illis dicitur psal. 27. Da illis secundum opera eorum, et secundum nequitiam adiumentum eorum, secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. Et psal. 61. Numellotatus est deus, duo hec audiui, quia potestas dei est, et tibi domine misericordia, quia tu reddes unius cuius iuxta opera sua. Et Apoca. 20. Judicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Et index Iesus ait Joha. 5. Et procedet qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Et duo hec vitima respiciunt bonos et malos. Bonis vero sua dicens apostolus Petrus, ita monet: Fratres, satagit ut per bona opera certam vocationem vestram et electionem faciatis. 2. Petri. I. Quasi diceret: Si estis a bonis operibus otiosi, videtur vocatio et electione vestra magis esse secundum presentem iustitiam, quam secundum eternam dei predestinationem. Sic etiam apostolus Jacobus dicit fidem ex operibus ostendendam, (opera enim ostendunt fidem) alias non credit quod ille sit fidelis. Qui carnes comedit in quadragesima aut sexta feria, et ceteri qui non obedit superioribus et platis, aut summo pontifici Christi vicario in bonis, qui non seruat precepta dei et ecclesie, potest quidem dicere se Christianum esse et fidelem, sed in veritate non est, si id habet in corde quod ostendit operi. Unde propterea dico, quia potest aliquis peccare ex occasione et concupiscentia et aliis motibus, quem non peccat ex infidelitate, more eorum qui

non credunt q̄ teneantur obedire preceptis dei vñ
ecclesie, quam dicūt (licet inaniter) aliquid esse in-
uisibile, cū tñ veritas nos mittat ad visibile eccle-
siā, auribus (q̄b⁹ audiri corporalia verba possunt)
vtētem Mathei. 18. ita dicno: Si peccauerit in
te frater tuus, vade corripe eum inter te & ipsum so-
lum. Si te audierit, lucrat⁹ eris fratrem tuum. Si
autem te non audiuit, adhibe tecum vnum vel du-
os, vt in ore duoz vel trium testium stet offic xp̄bū.
M si nō audierit eos, dic ecclie: (Ecce aures cor-
porales ecclesie, qbus audit xp̄ba corporalia) Ses-
quitur: Si autem ecclesiam non audiuit. Ecce cor-
poralis lingua qua loquitur ecclesia peccatoribus
vtentibus sensibus corporeis. Ecclesia ergo est vi-
sibilis & tractabilis, de quo infra latius. Opera ero-
go ostendunt fidem, & vocationem & electionē cer-
tificant certitudine spei & vie, nondum patrie. Eas
propter saluator noster quesivit populū sectatore
bonoz ope, qui expectaret spem & aduētum glo-
rie eius ad Tit. ca. 2. Hec de opib⁹ meritorij dis-
cta sufficient. Et ex p̄sequenti de dyob⁹ mēbris de-
claranda prout supra membra descripta sunt. Per
quoz declaracionē clarus intelligi possunt ea que
ān ipsa membra descripta sunt, et etiā ea que poss-
hec in consequentibus dicenda sunt.

NO X

. III.

At uero si quis multorum bonorum sibi conscius,
In extremo uitæ suæ inde consoletur semetipsum, quia
deo ex illis placere uolens, atq; propterea regno cœlesti
dignus: hic si ita mortuus fuerit, uidelicet salutē sibi ex
proprijs meritis promittens, nulli dubium, ad manus af-
signabitur diaboli.

Laudela

. III.

Quicunq; confidit in operibus suis sine gratiâ
extra charitatem factis, & putat per illa eternam
consequi beatitudinē, hic fallit semetipsum, & pere-